

Aduertencias para

comuni. Sic in præsentiarum Fratres inceperunt ex Charitate hæc facere, sed accepta hac prouincia, tenentur de iustitia omnia supra dicta executioni mandare. Vnde infertur, quod Episcopus manet verus Pastor populorum ipsis Religiosis assignatorum, & assignandorum, & potest Confessiones illorum audire, Sacramenta administrare diuortia celebrare, & punire delicta. Tum quia per hæc non impeditur, quin Fratres ibidem Parochi officium exercent, tum etiam, quia per Breue Pij. 5 non tollitur Episcopis iurisdicatio, quam super illos populos habent iure ordinario. Nihilominus sic debent hæc ab Episcopis fieri, vt non perturbentur Fratres in conuersione, & manutentione Indorum: quia priuilegium Pape nec etiam indirecte frangi debet, nec contra ipsum aliquid intentari, iuxta quandam Decretalem Capit. Quanto, de Priuileg. Quod mente tenendum est. Prædictis Doctissimis Patribus subscribit noster Emanuel, art. 5. q. citat.

- 8 ¶ Verum iam Prouinciales trium Ordinum videlicet, Sancti Dominici, Sancti Francisci, & Sancti Augustini, Prouincię de Mexico, earum Ecclesiarum, quibus præsidebāt, curam